

Dixit Saul, ait, quod petebat, ut fieret visio de hostibus suis: ipse tamen non petebat ad hoc, sed ad mortem David.

Luc. 16. n. 28. Et ait illi Abraham: habent Moysen, & Prophetas, audiant illos.

Num. 30. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent.

Num. 31. Ait autem illi: si Moysen, & Prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

VERSIONES.

Arabic. n. 29. Apud illos sunt Moyses, & Prophetæ.

Syriacus n. 30. Non Pater mi Abraham: sed si quispiam ex mortuis proficiscatur ad eos, poenitentiam acturi sunt.

Goth. Sed si quis ex mortuis ierit ad eos, persuadent eis, & poenitentiam agent.

Origen. n. 31. Neque si quis ex mortuis resurrexerit, audient ipsum.

EXPOSITIO VIII.

160.



IT illi Abraham: Reiciens secundam diuitis postulationem. Habent Moysen, & Prophetas. Id est libros Moysis, seu Prophetarum, qui soliti erant legi, ac explicari in synagogis, ac proinde, ac si dicat Abrahamus, tu illis postulas magistrum; Deus illis plures prouidit, vt ex D. Chrysofomo superioris, quæst. notauit ad initium. Audiant illos. Illis nempe obediant, eiusque dicta exequantur, & impleant.

Chrysof.

161.

At ille dixit: Scilicet diues Abrahamo: Non, intelligitur, non satis est, vt ipsi in vitiis enutriti, ac inueterati conuertantur, quod habeant libros, seu doctrinam Moysis, & Prophetarum. Seu alio modo potest explicari? Non, audient Moysen, & Prophetas. Sed si quis ex mortuis, scilicet resurgens, ierit ad eos. Ex suo affectu, ac effectu alios iudicat, & sicut ipse Prophetas, diuinæque Scripturas sine vilo fructu audierat, ita credidit idem fratres facturos esse. D. Chrysofomus. Sicut ipse fuerat, ait, affectus, sic opinionem habet de fratribus suis. Titus Bostrenf. Cur diues, ait, iste hec dicit? Quia ipse Prophetas nullo prorsus fructu audierat; quæ enim ab illis prodita extabant, & pro palam contempserat, fabularumque loco habuerat. Ex qua re coniecturam faciebat, suos quoque fratres ita comparatos esse.

Epulo ex se alios iudicat.

Chrysof.

Bostrenf.

162.

Ait autem illi, scilicet Abrahamus diuiti: Si Moysen, & Prophetas non audiunt. Dei persona, ac auctoritate loquentes: Neque si quis ex

mortuis resurrexerit, credent. Seu, vt habet Græcus, persuadentur: illius testimonio, itaut præteritam vitam derelictur, & poenitentiam agent, dicent enim phantasma apparuisse, aut illusionem factam esse à maligno spiritu.

QUESTIO XXI.

Quare Abrahamus testificat præferendum esse Moysen, & Prophetas Lazaro resuscitato?

IT Abrahamus, si Moysen, & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Cum tamen aliunde videretur efficacius testimonium prolatum à Lazaro reuocato in vitam, quam verba dicta à Moysen, & Prophetis, qui mortui erant; Lazarus verò testificaturus erat ea, quæ ipse oculis viderat, ac experientia cognouerat, tamen Abrahamus ait, quod testimonium prophetarum sit præferendum.

Respondet primò D. Zeno ferm. de Resurrect. Habent, inquit, Moysen, & Prophetas: quibus si non credunt, neque illi, qui hinc missus fuerit, credituri sunt, euidenter ostendens, non in oculis esse carnalibus verum, sed in fide credentium constitutum. Lazarus suscitatus, videndus erat carnalibus oculis; testimonia autem Moysis, & Prophetarum percipienda erant diuina fide, ac reuelatione Dei testificantis esse vera, & infallibilia: Non enim visio oculorum sic potens est hominem confirmare, vt fidei visio; In visione oculorum sapè, vt experientia docet, inuenitur falsitas, & deceptio, quæ omnia longè absunt à fide, cuius cognitio est certissima, vt pote à Deo testificante, quæ est summa, & prima veritas. D. Chrysofomus homil. de nomine Abrahami, ponderans id, quod dictum est ei: Egredere de terra tua, & cognatione tua, Genes. 12. num. 1. quærit namque quomodo ipse reliquit terram, quam corporalibus oculis videbat, pro illa altera promissa, quam oculis non videbat, sub qua intelligit futuram vitam: ait sanctus Doctor: Non sic manifesta est præsens vita, vt futura illa, hanc enim oculis nostris videmus, illam fidei oculis videmus.

163.

164.

Zeno.

Fidei visio certior oculorum corporaliū visio.

Chrysof.

Genes. 12.

165.

Theophyl.

Secundò. Theophylact. Nunc, ait, nihil tam utile est, vt scripturarum diligens scrutatio. Mortuorum suscitationem falsè, & apparenter facere potest etiam diabolus, vt seducat imprudentes, seminans doctrinas de inferno dignas sua malitia: at eis, qui scripturas probe scrutantur, nihil potest illudere. Ille enim sunt lucerna, & lumen, quo lucente fur deprehenditur, & manifestatur. Illis igitur credendum, & de mortuorum suscitatione non curandum. Meritò mortuorum apparitionibus scripturas prætulit; in his enim bene intellectis, & ponderatis securior est fidei, ac veritatis confirmatio, quam in testimonio cuiusvis hominis è mortuis excitati, ac cuiusvis alterius testis oculari. Habemus firmiorem prophetarum sermonem. Ait Petrus Epistol. 2. cap. 1. num. 19. Cui beneficiis attendentes, quasi lucerne lucenti in caliginoso loco. Quicumque auctoritate scripturæ non docetur, ac mouetur, neque priuatis miraculis, neque priuata alicuius prædicatoris etiam è mortuis existentis auctoritate commouebitur, vt credat, & credenda obediat. Quod optimè

Testimonium scripturæ, quam alicuius hominis apparentis è mortuis efficacius est.

2. Petr. 1.

EXPOSITIO VII.

Syriacus n. 9. Porrò dicebat hanc parabolam aduersus eos, qui sibi confidebant se esse iustos, omnésque despiciebant.

Arabicus. Deinde dixit illis propter aliquos, qui dicebant se esse iustos.

Arias. Ad quosdam persuasos in se ipsis, quod essent iusti, nihil facientes cæteros.

Pagninus. Similitudinem istam.

S. Optat. Mi- Dicebat Iesus hanc similitudinem propter eos, qui se sanctos publicabant, & contemnunt cæteros.

Syriac. n. 10. Duo homines ascenderunt in templum, vt preces funderent.

D. Cyprian de Ascenderunt in templum orat. Domin. adorare.

Theophylact. Vt precarentur.

EXPOSITIO I.

Væ D. Lucas narrat cap. 17. variis in locis sunt explicata à nobis, vt de scandalo hoc lib. cap. 10. de Correctione fraterna, cap. 11. de decem Leptosis, cap. 13. Quæ autem de Antichristo ibi narratur infra sunt dicenda. Postquam ergo Dominus sermonem habuit, quod semper oportet orare, & non deficere: hanc proponit parabolam, vt docent D. August. ferm. 36. Beda, Haymon, ostendens, quod defectu fidei, oratio perit, fides autem non est superborum, sed humilium; ait citatus Augustinus, vel cum Dominus supra docuerit perseuerantiam in oratione, hic apponit alteram eius conditionem, scilicet humilitatem, humilis enim oratio à Deo exauditur. Vel, vt ait Hugo, superiorem sermonem Dominus terminauit faciens orationem de fide. Nunc agit de humilitate, ostendens, quod fides non sufficit ad salutem sine humilitate, quæ est fundamentum omnium virtutum.

August. Beda. Haymon. Hugo.

2.

Dixit autem ad quosdam. Phariseos nempe, seu de cætu Phariseorum, qui se iustos reputabant, qui in se confidebant tanquam iustos. Qui in sua iustitia multum confidebant. Arias vertit, ad quosdam persuasos in se ipsis, quod essent iusti. In animo, ac mente sua pro certo statuebant se esse iustos. Vt explicat D. Augustinus ferm. 36. de verbis Domini, tanquam iusti, vt sibi videbantur esse à peccatis, ac vitiis immunes, legem adimplentes, & obseruantes; & aspernabantur cæteros, seu vt legit Arias: Nihil facientes cæteros: omnes tanquam iniustos, peccatores, & alienos ab omni iustitia. Carthusianus: Aspernabantur cæteros tanquam iniustos, & viles, cum ipsi sola sua superbia alijs essent viliores, sola enim superbia omnia destruit. Et subditur: Parabolam hanc. Quæ potuit reuera accidere, vt simul sit historia, quam Christus cordium agnitor optimè potuit agnoscere, & etiam simul sit parabola, seu vt parabola proponi, vt notant Lucas Burgens. Cornel & alij.

August.

Arias.

Carthuf.

Burgens. Cornel.

BBb

Duo

Chrysof.

Ioan. 12.

Theophyl.

166.

Ioan. 10.

Cyrril.

optimo argumento à maiore ducto ad minus: docet, & confirmat D. Chrysofomus concion. 4. de Lazaro: Id verum esse declararunt Iudei, ait, in altero Lazaro, fratre Martha, cui tantum absuit, vt crediderit à morte certissimè excitato, vt è contratio nouam mortem fuerint machinati, Ioan. 12. num. 10. Deinde etiam facile dicitur, vt inquit Theophylactus: Mortuorum suscitationem falsè, & apparenter facere potest etiam diabolus, vt seducat imprudentes.

Cum Christus Dominus gloriosè è mortuis surrexisset, ad Domini monumentum veniunt Petrus, Ioannes, ac Magdalena, illud vacuum reperiunt, linteamina tamen sacratissimi corporis seposita vident. Tunc ait Textus: Abierunt ergo discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fieret, inclinans se, & prospexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis, Ioan. 20. num. 10. Maximè quæsitum dignum. Quare non discipulis Angeli sed Magdalene apparent, eamque de Christi resurrectione instruunt? Cur Angeli non simul apparent discipulis, ac sanctæ foemine. Quætionem proponit, & soluit N. D. Cyrrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioan. Ambigere autem, ait, aliquis non iniuria poterit, quam obrem discipulis (Petro dico, atque Ioanni) Angeli non apparuerunt, mulieri autem, & apparent. Respondet sanctus Doctor: Dicimus igitur mysterium Domini, sic ipso disponente. Discipulos enim rerum exitus Scripturæ, Christi, prædicationibus conueniens, ad firmissimam fidem induxit. Superuacaneum igitur erat firmiter credentes voce Angelorum doceri. Mulieri autem minus necessarium, quæ nec literas sciret, nec alio modo sublimè resurrectionis mysterium percipere posset. Nil sapientius sanè. Alta Dei sapientia iuxta vniuersumque indigentiam res disponit, & ordinar, in fide resurrectionis Christi Angelis apparentibus instruuntur mulieres, non verò discipuli. Discipuli de sublimi mysterio optimè edocti erant à sacra Scripturæ. Discipulos rerum exitus Scripturæ ad firmissimam fidem induxit. Et idem apparitione Angelorum non indigebant. Superuacaneum erat firmiter credentes voce Angelorum doceri. Quæ maximè foemine erat necessaria, quæ cum sacras literas nescirent, multis adiuuantibus apparitionibus, ac documentis ad superna, & abscondita fidei mysteria erant inducendæ. Mulieri autem penitus necessarium, quæ nec literas sciret, &c.

Sapienter confirmantur in fide testimonio Scripturæ simpliciter apparitionibus.



CAPVT XXX.

Phariseus, & Publicanus.

Luc. 18. n. 9. Dixit autem ad quosdam, qui in se confidebant, tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam.

Num. 10. Duo homines ascenderunt in templum, vt orarent; vnus Phariseus, & alter Publicanus.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

3. *Duo homines.* Ambo pietatis studium, vt orarent, prae se ferebant, longè tamen mente dispares erant, sub eodem facto, ac gressu valde diuersi later affectus. Moraliter preme verbum, *duo homines.* Homo, nomen magnitudinis, ac excellentiae prae se fert; tamen si eos consideres; inuenies vnum Pharisaeum, alterum Publicanum, vnum hypocritam, alterum reputatum peccatorem, qui tamen contritione se iustificauit: *Ascenderunt in templum,* quod in monte situm erat; vt notauit Hugo Isai. 2. num. 3. *Venite ascendamus in montem Domini.* Vel quia oraturi debent ima deserere, & in altum ascendere. *Vt orarent.* Debemus intrare in Ecclesiam ad orandum, vt notant D. Bonauent. Carthusianus & alij. Ipse enim Saluator ait: *Domus mea, domus orationis est;* non enim est intrandum in Ecclesiam ad fabulandum, ac aspiciendum. *Vnus Pharisaeus, alter Publicanus.* Aptè ait Euthymius, hi duo ponuntur. Nam Pharisaeus reputabatur veluti vir religionis, ac iustitiae selector; Publicanus verò vt publicus peccator, & idè apud Iudeos erant infames, & à publicis magistratibus excludebantur.

QUESTIO I.

Quare Christus Dominus hic dat admirabilem doctrinam condemnans superbiam, & laudans humilitatem?

4. **R**ESPONDENT primò ad quaestionem D. Augustinus sem. de verbis Domini. D. Basilii Seleucus orat. 35. D. Anton. Olyssipp. Domin. 1. post Trinit. D. Bonau. Dixit parabolam istam in detestationem superbiae, & laudem humilitatis. Vt patet ex clausula parabolae: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur,* &c. Nam primum, ac praecipuum Pharisaeorum vitium erat superbia, vt notant citati Patres, & D. Basilii in cap. 2. Isai. Et ita frequenter, ac repetitis vicibus contra superbiam habet sermonem, de quo statim, vt elationis malum sublimi, ac alto doctrinae humilitatis documento destruat, ac euellat, adhibens tali morbo conueniens medicamen. D. August. tom. 9. tract. *Speculum peccatoris,* competat decem praecipua legis, Exod. 20. num. 3. cum decem plagis Aegyptiorum. Cur in numero praecipua Decalogi, & plaga aequiparantur? Respondet D. Augustinus: *Plaga, ait, erant vulnera; praecipua verò medicamina plagarum.* Cum ergo praecipuum esset vulnere medicamen, vulnera autem multa, & repetita erant, decem nempe; multa & repetita requirebantur medicamina; decem scilicet praecipua. Cum ergo quotidie morbus superbiae Pharisaeorum multiplicaretur, multiplicabat & diuinus Medicus quotidie doctrinae medicamen. Vide hoc tom. 1. 2. & 3. verb. *Remedium.*

5. **S**ecundò Theophylactus: *Non cessat Dominus, ait, pluribus argumentis repurgare superbiam vitium: plus enim aliis vitis mentem humanam turbat, & propterea saepe & multum de hac docet.* Frequenter Christus Dominus dabat documenta, vt e mente hominum eradicaret superbiam, ac praecipue in Pharisaeis, Matth. 18. num. 2. Matth. 1. 1. num. 29. & 23. num. 12. Luc. 14. num. 11. sicque Pharisaeos arguit: *Amant primos recubitus in oenis, & primas cathedras in Synagogis,* Matth. 23. num. 6. Cum ergo hoc superbiae vitium valde sit ingenitum na-

turae, illud enim ebibitum est à parentibus nostris; nam eorum peccatum superbiae exitit, vt docent D. Basilii in cap. 2. Isai. D. Chrysostr. Rupertus & alij. Inde Christus Dominus maximè curat illud euellere ab hominum mente praebens alta humilitatis documenta; adimens superbiendi occasiones, docens quod non sit confidendum in nostra iustitia. Apparet Deus Isaac, aitque ei: *Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, propter seruum meum Abraham,* Genes. 26. num. 24. Valde praecleara erant merita Isaac, satis nota est eius insignis obedientia, qua se in sacrificium voluit Deo offerri, eiusque oratio, ac conformatio cum Dei voluntate in omnibus. Cur ergo non ait ei Deus: *Benedicam tibi propter te?* Ad quid dicitur propter Abraham? Quamuis Isaac esset magnarum virtutum operator, Deus disponit, vt humilietur, suaque merita ignoret, & non respiciat, ne in se ipso confidat, vt inde humilis factus in maiora crescat. D. Bernard. sem. 13. in Cantica: *Magna, & rara virtus est, vt magna licet operantem, magnam te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem.*

6. **T**ertio. Qui fatagit mores hominum reformare, virtutes plantare, ac vitia eradicare, non solum debet hominum oculis vitiorum supplicia, sed etiam virtutum praemia obiectere, vt virtutis praemio alliciantur boni, & aliorum supplicio deterreantur à vitiiis. Christus Dominus maximè curabat, vt Pharisaeorum superbiae conueniens remedium adhiberet, & idè non solum eis proponit poenam elati Pharisaei, qui abiit condemnatus, sed etiam praemia Publicani, qui discessit iustificatus. *Descendit hic iustificatus ab illo.*

7. **A**postolus Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis, cap. 1. num. 1. Reuolue totum Apocalypseo librum, & inuenies quamplurimam mercedem, quam Deus suis electis promittit. Vt Angelis Ecclesiarum, vt *Vincenti dabo edere de ligno vitae;* & iterum: *Dabo manna absconditum, dabo stellam matutinam;* & cap. 2. & 3. Sedes sedentes super viginti quatuor thronos apparent, & in capitibus eorum corone aureae, cap. 4. num. 4. Martyres habebant in manibus palmas, & datae sunt illis singulae stolae albae, cap. 6. n. 11. Et omnes iusti videntur ob signati in frontibus suis, cap. 7. num. 3. Et sic deinceps; simulque explicantur supplicia, ac poenae in haereticos reges, peruersos infideles, ac iustorum persecutores. Angeli effundunt in terram septem phialas plenas irae Dei, cap. 6. num. 1. Septem Angeli tubis canunt, & missus est ignis, concremataque est tertia pars terrae, arborum, maris, fluminum, stellarum, ac Lunae, cap. 8. num. 7. Apparentque etiam Angeli ingenti equitatu, de quorum ore procedit ignis, fumus, & sulphur. Et tertia pars hominum occisa est, cap. 9. num. 18. Et saepe similia se exhibent. Cur etiam iniquorum poenae praedentur? Cur de eis sumenda vltio seuerissima annuntiantur? Nonne sufficiebat iustorum mercedem, & coronam propter eorum iustitiam, ac tolerantiam in laboribus manifestam fieri; ad quid etiam iniquorum supplicia praedentur? Venit Christus in mundum perditos hominum mores euellens, Ecclesiamque sanguine suo aedificans, ad cuius instructionem Ioanni in Apocalypsi sunt reuelationes cum praemio iustorum, & iniquorum supplicio, quod vitiumque ad augmentum electorum prouidetur, vt praemio promouerentur iusti, & iniquorum supplicio magis corroborarentur in

virtu

Anton. virtute. D. Antonin. 1. part. Hist. tit. 6. cap. 1. *Spe diuini adiutorij, ait, & futura remuneratio, ac maiorum punitione efficacius in aduersis roboramur.*

8. **G**enes. 28. Cum obdormisset Iacob, vidit scalam caelos tangentem, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam. Et Dominum inmixtum scale, Genes. 28. num. 12. Cum Dominus accumberet scale, bene intelligitur, quod Angeli ascendant, sed cur aliqui etiam descendere videntur? Nota quod cum Deus loquitur ipsi Iacob dormienti, & ait: *Ego sum Dominus Deus.* In Hebraeo est, *Elolium,* hoc est, iudices: aderat ibi Deus tanquam supremus iudex. Vnde ait Iacob: *Terribilis est locus iste.* Cum ergo diuini iudicij forma sibi subodorata sit, non omnes ascendunt, nec omnes descendunt, sed quidam ascendunt, alii descendunt. Qui bonis operibus profecerunt, ascendunt, vt beatificationis praemium recipiant, qui verò denotantur suis demeritis deficere, descendunt, vt rigorem diuinæ sententiae experiantur, vt expendit P. Ioannes de la Haye, ad cit. cap. 28. num. 96. Hanc cogitationem patrociniatur Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, cap. 24. Cum Iacob, ait, *sonniat scalas obfirmatas in terra ad caelum, & Angelos alios ascendentes, alios descendentes inmixtum desuper Dominum temere, si forte interpretabimur scalis his iter ad caelum demonstrari, quo alij perueniant, vnde alij decedant, Domini constitutum est iudicium.* Expende. *Constitutum est Domini iudicium;* vt proficiendo, alij perueniant: vnde, deficiendo, alij decedant.

Deus iudex alios beatificat, alios condemnat. De la Haye.

9. **T**ertull. *Lucob, ait, somniat scalas obfirmatas in terra ad caelum, & Angelos alios ascendentes, alios descendentes inmixtum desuper Dominum temere, si forte interpretabimur scalis his iter ad caelum demonstrari, quo alij perueniant, vnde alij decedant, Domini constitutum est iudicium.* Expende. *Constitutum est Domini iudicium;* vt proficiendo, alij perueniant: vnde, deficiendo, alij decedant.

QUESTIO II.

Quare hic introducuntur duo homines, vnus Publicanus, alter Pharisaeus, de cuius fastu, ac confidentia agitur?

9. **B**asil. Scil. *Pharisaeus, ait, professione, virtutis Magister, legis explicator, lingue Moysis, & cathedra successor. Publicanus ipso vita, morumque instituto accusabatur, qui curam coeperat vetricalem, plura concupiscendi licentiam, implacabilem rapacitatem, latrocinium, legibus pro armis utens, vt insidiantem terra, marique, soluentibus.* Expende obiter verbum, *Coepit latrocinium, legibus pro armis utens.* Clauus fidei, & reitiae furandi leges erant, vt nam hoc non contingat nostris regis ministris. Pergit citatus Basilii: *His vitiorum affectibus Publicanus grauatus templum tenuit; & Pharisaeus tunc virtutis thesaurum importans.* Publicanus vitiiis grauatus, & qui ipso vita, morumque instituto accusabatur; sua tamen humilitate iustificatus; & Pharisaeus, qui virtutum thesaurum importabat, sua superbia damnatus; & qui virtutis erat magister, fit vitiorum Doctor, & qui legis erat explicator, fit superbiae explanator, ac interpretes.

10. **C**assian. De his duobus loquens Simon Cassianus lib. 6. cap. 25. ait: *Erant isti duo, sed neque voluntate, aut intentione coibant in vnum, alter sibi placens, alter sibi per omnia displicens. Sed sibi placens, Deo displicens fastus erat, sed sibi displicens Deo humilitate placebat.* O quantum distat nostrum iudicium à diuino iudicio! nam qui suo iudicio, ac aestimatione sibi placet, multum Deo

displicet. Qui autem sua sententia sibi displicet, Deo placet. Mittitur Moyses legatus ad Pharaonem, vt dimittat populum. Tunc Moyses mille subterfugia quarit, vt se excuset. *Non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, ex quo loquutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguae sum,* Exod. 4. num. 10. Cur non irascitur in Moysen sic eius mandatis reluctantem? Non irascitur, sed potius delectatur, cum Moyses ex humilitate sibi displiceret, & seque indignum tanti oneri iudicaret. Pulchre Philo lib. 1. de vita Moysis: *Verecundo ingenio, ait, praeditus subtrahere se grauiori, quam pro viribus, vt putabat, oneri, rogabat, vt alius eligeretur ad exequenda mandata. Deus pudore delectatur. Respondit: Ego sum, noli timere.* Expende verbum, *Deus pudore delectatur.* Pro hac thesi secundum omnes suas partes confirmanda, vide supra cap. 23. q. 10. num. 68. 69. & 70.

Ad fastum, ac confidentiam Pharisaei, contra quam est instituta parabola, *Qui in se confidebant, & aspernabantur ceteros,* veniamus. Haec verò confidentia, seu superbia, ait Theophylactus: *Est Dei contemptus. Quis enim quis non Deo, sed sibi sua bona tribuit, quid hoc aliud, quam negare Deum est, & ei aduersari? Propter hoc enim quod confidunt in se ipsis, non totum Deo tribuunt, sed alios per hoc exinanunt.* In hoc ita bat maligna confidentia pharisaeica, qua bona, ac dona sua, si aliqua videbatur habere non Deo, sed sibi reputabat; se, & non Deum suorum bonorum actorem agnoscebat; *Quis enim non Deo, sed sibi sua bona tribuit, quid hoc aliud, quam negare Deum est, & ei aduersari?* Vnde dicitur Iacob. 4. num. 6. & 1. Petri 5. num. 6. *Deus superbis resistit.* Resistere verbum militare est, & alicuius vim repellere significat; vnde ait D. Ambrosius in Plalm. 118. ferm. 7. *Deus tanquam sua contumelia propulsator veluti suscipit aduersus superbos speciale certamen.* In quo autem est huiusmodi resistencia, ac speciale certamen; quia cetera vitia, ait Cassianus lib. 12. Institut. cap. 7. vel in ipsum delinquentem, seu in eius criminis participes retorquentur. At verò superbia proprie ad Deum intentat pertere, eiusque honorem praeripere, contraque ipsum se erigere, idè speciale certamen mouet contra Deum, Deus autem ei restitit grauiora supplicia super superbos infundendo, quam super alios peccatores, vt explicat Beda ad citatum locum Iacob.

Ex Dei mandato proponunt Moyses, & Aaron Pharaoni, vt dimittat populum. Quibus ait Pharao: *Quis est Dominus vt audiam vocem eius?* Exod. 5. num. 2. Ita se superbus erigit contra Deum, vt supremum numen nolit agnoscere, nec fateri; in cuius confirmationem nota, quod cum Moyses, & Aaron coram Pharaone fecissent aliqua prodigia, vt eius virga verteretur in serpentem, & aqua percussa virga in sanguinem mutaretur, ac extensis Aaraonis manibus ascenderent ranæ de aquis; *Vocauit Pharao sapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas, & arcina quadam similiter,* Exod. 7. num. 11. & num. 22. cap. 8. num. 7. Ad quid mandat Pharao facere similia protenta, illa enim facta in Aegyptiorum oppressionem cedebant, vt aliqua, si inueniebatur, aqua verteretur in sanguinem, & aliae plures ranæ ascenderent? Ad quid huiusmodi prodigia? Vt bellum faciat contra Deum,

Superbus se vult ostendat Deo aequalè.